

1524. & 30. Maij

101

Clemens papa septimus, Petro Tomicio  
episcopo Cracoviensi, regni Polonia vice:  
cancellario.

32

Venerabilis frater salutem et apostolicam bene:  
dictionem. Egregia virtus, singularisque fides di:  
lecti filij Stephani Brodeni, charissimi in Chri:  
sto filij nostri Ludovici Hungariae et Bohemiae  
regis illustris apud nos oratoris, cum in alijs  
rebus multis, tum maxime in procuratione il:  
lius regni perspecta, ita cum nobis acceptum  
reddidit, ut non solum a nobis ametur, verum  
etiam alijs commendandus videatur. Quamob:  
rem cum illum hoc tempore ad ipsum regem  
miserimus, hortamur fraternitatem tuam, ut illi  
tum virtutum et observantia eius erga te, tum  
plurimum et honore nostri causa, quibus:  
cunque rebus licebit, gratificetur, existimetque in  
eo et homini sui studiosissimo officium  
prestare, et unam nobis rem gratissimam  
favere.

De his vero quae tecum nostro nomine  
aget, fidem illi habere poterit. Datum Rome  
apud sanctum Petrum sub annulo piscato:  
ris, die trigesima Maij, anno Domini mille:  
simo quingentesimo vigesimo quarto, pontifica:  
tus nostri anno primo.

